



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 121. Julii mandatum de Martinusii bonis ærario Pontificis addicendis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

turius discutere, ac contra reos denuo testes excipere jubebantur.

Sæcul XVI.  
A.C. 1552.

§. CXXI.

*Julii mandatum de Martinusii bonis  
ærarario Pontificis addicendis.*

**H**i Cardinales accepto negotio rem tanta moderatione pertractare nitebantur, ut Domum Austriacam, cujus honorem illæsum servare satagebant, minime irritarent. Ut ergo eorum proposito prosper arrideret successus, nihil magis expedire videbatur, quam si ad ipsum delicti locum Deputati mitterentur, qui plenam rei gestæ notitiam haurirent, testesque exciperent: verum cum suspicio esset, quod hic Cardinalis potius pecuniæ, ac suppellectilis suæ deprædandæ studio, quam proditiōnis causa fuisset trucidatus, atque aliunde nullis confectis testamenti tabulis decessisset, hinc præceperat summus Pontifex, ut defuncti Cardinalis Thesauri, qui decies centena aureorum millia excedere credebantur, ærarario Pontificis addicerentur, donec plene de causa cognosceretur: Cum vero Ferdinandus Pontifici exposuisset, quod relicta Cardinalis bona fuerint longe tenuiora, quam vulgus sparsisset, eorumque pars quædam ab aliis direpta, alia vero ad

ex



Sæcul. XVI. exercitum per aliquot Menses contra  
A.C. 1552. Turcas alendum fuerit impensa, hinc  
 summus Pontifex nihil amplius hac su-  
 per re moverat.

## §. CXXII.

*Deputati Viennam missi, ac muneribus, promissisque corrupti.*

Postea Ferdinandus, ac Maximilianus  
 ejus Filius Deputatos Viennam de-  
 cretos honorificentissime excipiebant,  
 & quamvis Julius III. ab Albæ Julien-  
 sis Episcopi Vicario Generali, aliisque  
 etiam allatis testimoniis certior fieret,  
 quod Martinus nullius gravioris cul-  
 pæ reus, nonnisi per ambitionem, Do-  
 musque Austriacæ avaritiam trucidatus  
 fuisset, Viennæ tamen omnium studia  
 eo erant intenta, ut ejusmodi testimo-  
 nia contrariis testibus eluderentur, con-  
 niventibus Deputatis, qui muneribus,  
 promissisque corrumpebantur (\*) præ-  
 primis

(\*) Nunc iterum Continuator noster am-  
 plum mentiendi, atque in Augustissimam Do-  
 mum convitia evomendi occasionem nactus  
 est: cur autem nullum testem allegat? quis  
 injuriosa proferenti, & nihil probanti Histori-  
 co fidem adhibebit: ast nihil refert, Continua-  
 tor enim, cum de labefactanda, vel Pontifi-  
 cum,